



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. XXXVII. De Obsidione castri Mariaeburg.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

veniorum & Sternbergius, ut numerum Candidatorum imminuerent, specie honoris Vicesgerentem hinc excludere conati sunt. Concesserunt enim ipsi soli jus Magistri eligendi, certa spe freti, Plavenium non se ipsum, sed modestius gratia unum ex illis Magistrum Ordinis generalem proclamaturum. Sed Playenius Vicesgerens, praeter spem, semetipsum, ut sibi proximus Magistrum Ordinis Teutonici proclamavit. *Vid. Schluizius lib. 3. Chron. Pruss. fol. 105.*

(b) Electioni Magistri generalis ex lege solebant interesse Magistri Provinciales, ut habetur in Consuetudinibus Ordinis.

## CAP. XXXVII.

*De*

### *Obsidione castri Mariæburg.*

**P**Ost obtentam victoriam & spoliorum divisionem præfatis Principes Rex Poloniae & Witoldus cum exercitu suo magno & forti antè Mariæburg venerunt, castrum circumvallantes tripli exercitu. Primus fuit Regis Poloniae, qui jacebat circa S. Georgium, & in Wildenberg. Secundus fuit Witoldi Lithuanorum & Ruthenorum, qui jacebat in pomero & horto castri in via, qua itur in Elbingum. Tertius exercitus fuit Tartarorum, qui sistebat in pratis castri, & circa fluvium Nogot. Omnes isti ipsum castrum machinis, bombardis & aliis instrumentis impetu potentissimo die noctuque impugnabant, per menses duos & ultra. Videntes autem Poloni, quod nihil ad libitum perficerent, quia Castrenses fortissime resistebant, diversas excogitabant fraudes & versutias, quomodo more vulpino Civitates & castra obtainere possent, & non sunt fraudati à desiderio suo. Quinimò Civitates aliquas per fraudes & dolos obtainuerunt, ut Thorun Civitatem cum castro; Strasbourg castrum cum Civitate; Svvetze oppidum sine castro, & consequenter Christburg, Olsterode, Grudentz, Redden, Stum, & sic de aliis. Sed

Iii 3

quia



quia juxta vulgare proverbium: Quod cito fit, cito perit, disponente altissimo, Civitates prædictæ & castra sine expensis & laboribus, exclusis inimicis, ad Dominos Ordinis salubriter redierunt.

### CAP. XXXVIII.

#### *De Secunda invasione hujus terræ per dictos Principes.*

Anno Domini 1416. post Festum Margarethæ Virginis, præfati Principes Rex Poloniæ & Witoldus cum magno exercitu terram hanc modicam iterum hostiliter invaserunt. Et quamvis in districtu Osterodenli Civitates & oppida & villas plurimas in cinerem redigissent, incolas inhumaniter trucidantes & mangiantes, nec parcentes ætati nec sexui, quod per Tartaros & alios paganorum manus dicitur factum. Tandem terram Culensem ascendentes & multa mala fidelibus inferentes Civitatem Strasburg obseederunt. Et quamvis in hac obsidione multo tempore fortius laborassent, nec tamen castrum nec Civitatem obtinere poterant; sed exigentibus eorum demeritis mirabiliter à Deo affliti per fluxum sanguinis & equorum hominumque pestilentiam cum omni damno sine exaltatione recesserunt.

### CAP. XXXIX.

#### *De Tertio hostili incursu per prædictos hostes huic terræ facto.*

Anno Domini 1422. in die B. Mariæ Magdalenæ sub Magistro Paulo de Rusdorf prænominati Rex Poloniæ

*An. Dn. MCCCCXXII. luit inter Regem Dacie & Dominos Duces Holsatiae Civitatibus (a) de Gensa eidem*

&